

¶ 18 ¶

m. 343. sqq; perperam tamen inde inferre audet, Christum non gaudere divina natura, qvia certo demum tempore humana vestitus est carne. Datur enim in Christo ~~etiam~~
~~et aliud, atque aliud, alia atque alia~~ natura. Hinc ratione distinctæ naturæ distinctæ quoq; proprietates Christo competere, non repugnat, & licet humana natura in Maria virgine originem sumserit, divina tamen, quæ alteram in ~~corporis~~ suam assumit, omnis initii expers existit. Conf. B. Waltheri *Disp. de Jesu ante Mariam.* Idem autem quod hic Maimonidi, olim Phariseis crucem fixit *Matt. XXII. 42. sqq.* Cæterum etiam saniores **GENTILIU**M **PHILOSOPHOS** Deum ~~αὐτῷ μονῷ~~
sive corpore destitutum, credidisse ex Maximo Tyrio *Dissert. I.*, Alcinoo Cap. X, & Sexto Empirico lib. 8. contra Dogmaticos, comprobat Petavius *Dogmat. Theol. Tom. I. lib. 2. Cap. I. §. X. XI. p. 88. sqq.*, licet Epicureos, Stoicos aliosq; errore de DEO corporeo infectos, introducat B. Gabr. Groddeck in *Disp. de Spiritualitate Dei* §. XI. p. 19.

§. IIIX. Valeant ergo veteres Ebionitæ, Sec. II. corpus DEO adscribentes, uti patet ex *Homilijs Clementinis*, à Coscelerio publicatis, *Homil. 17. §. 7. fol. 731. sq.*, ubi hæc leguntur verba: μορφὴ τὸ ξέχα, ἀλλά πεποννόν καὶ μόνον τῷ Θεῷ. καὶ πάντα μέλη, ἐξ αλλαγῆς τούτου &c. i. e. formam enim habet (Deus) propter primam & solam pulchritudinem, pariter atque omnia membra habet, non propter usum &c. Hinc Clericus Biblioth. choisiie *Tom. II. p. 64.* erumpit: Il est bon de remarquer ici, que les anciens Ebionites étoient aussi Anthropomorphites, comme il paroit par l' Auteur des Clementines dans l' homilie XVII, où il prouve au long, à sa manière, son sentiment, par l' Ecriture sainte, & par des raisonnements. Affin qu' on ne trouve pas étrange, qu' il attribue des membres à Dieu, dont il ne fait aucun usage, &c. Valeant Anthropomorphite, Sec. IV. heretici, Deu n.

ad gen.